

test. nisi etiam heres, vt dixi supra, quæst. proxima. Sed si esset emphyteusis non hereditaria, puta, acquisita pro se, & filijs, tunc filius institutus in re certa, æqualiter cum alijs succedet in emphyteusi. Et ita procedit decis. Bart. in l. vt iurisurandi, §. si liberis, numero sexto, ff. de oper. libert. quam dicit esse communem, Curt. iun. de feud. in 2. part. 1. part. 3.

partis princip. quæst. 5. Cum enim filius habeat emphyteusin hoc casu non iure hereditario, sed ex tenore inuestituræ, non attenditur dispositio paternæ intellige, nisi sit emphyteusis, in qua pater possit filijs præiudicare, de qua dixi supra, quæst. decimasexta. Vide etiam, quæ dixi infra, §. feudum, quæstione 76.

QVÆSTIO XXXIX.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Tas accrescendi an habeat locum in emphyteusis.
2 Et quid si a principio concedatur pluribus simul.
3 Et quid si concessa emphyteusi pro se, & filijs alter filiorum de-

cedat, an accrescat alteri filio.

- 4 Et quid si concessa sit emphyteusis ab ecclesia duobus fratribus, ita ut post mortem eorum, et filiorum, & nepotum suorum reuertatur ad ecclesiam nunquid alter eorum sine filijs decesserit, accrescet alteri fratri superstite.

Ex Additionibus.

- 1 An, & quatenus ius accrescendi habeat locum in emphyteusi, remissive.

ADDITIONES.

QVÆST. XXXIX.

Nunquid in emphyteusi habeat locum ius accrescendi. An, & quatenus ius accrescendi tam legale, quam conventionale habeat locum in emphyteusi, egregie explicat, post Clarum nostrum, Stephanus Gratianus Disception. forens. capitulo 272. numero 23. & multis subsequentijs, item cap. 347. nu. 11. & 12. Harpr. b. Iuri accrescendi. Et quando est locus iuri accrescendi, tunc emphyteuta inter se licite alienant sine consensu domini: at secus, quando non est locus iuri accrescendi. Vtrūque commune, vide collecta mea commun. opin. in verb. emphyteuta, nu. 41. 42. Giach. c. In contractibus. I. e. quod non habeat locum ius accrescendi in contractibus, vide istam reg. cum octo fallentijs per Socin. reg. 367. Giach. In contractibus. Fallit in usufructu etiam inter vivos constituto, l. i. §. si. de usufruct. accresc. Item fallit quoties ea, quæ indiuidua sunt, in contractu uersantur, vt sunt seruitutes, & cetera indiuidua, quæ cum pluribus auferuntur, sui natura cui-

vero, nunquid in emphyteusi habeat locum ius accrescendi? Respon. quod regulariter in emphyteusi non est locus iuri accrescendi. Ita tenet Bartol. in l. si mihi, & Titio, num. 4. ff. de verb. oblig. quem sequitur communiter Doct. vt dicit Alex. in ead. l. si mihi & Titio col. 4. prout illum refert Dec. consil. 326. post num. 1. Regulariter enim in contractibus non habeat locum ius accrescendi, vt dixi supra lib. 3. §. ius accrescendi. Scias tamen, quod hæc conclusio intelligenda est, vt procedat, si a principio concedatur emphyt. pluribus personis simul: tunc enim vno mortuo, alteri non accrescit. Et in hoc omnes concordant, vt dicit Anch. consil. 146. num. 3. quem refert Dec. consil. 263. num. 2. Sed quando vni concessa est tantum pro se, et filijs, vel pro se, & descendentijs suis, utique inter ipsos descendentes a primo inuestito habeat locum ius accrescendi. Ita tenet Bar. in d. l. si mihi, & Titio. & est communis opin. vt ait Corn. consil. 131. in littera A. lib. 2.

saltem post ius quæsitum vni ex filijs ipsius stipulatoris. Et ita tenent communiter omnes, vt dicit Corn. consil. 185. in littera M. lib. 3. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alex. consil. 211. num. 5. lib. 5. quem refert Dec. in d. consil. 273. colum. 2. Corn. consil. 122. in littera V. lib. 3. & hoc casu proprie dicimus esse locum iuri accrescendi, nam reuera isti descendentes primi acquirentis non veniunt ex iure accrescendi, sed ex iure primæ inuestituræ. 3. Pone ergo, quod pater acquiserit emphyteusin pro se, & filijs, deinde decesserit relictis duobus filijs, quorum vnus sine liberis decedat, certe emphyteusis non reuertetur ad concedentem, sed accrescet alteri fratri. Ita volunt communiter Doct. vt ait Bero. quæst. 70. numero 2. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Ias. in d. l. si mihi & Titio nu. 12. 4. E contrario pone, quod Ecclesia conceperit emphyteusin duobus fratribus ita vt post mortem eorum, et filiorum, ac nepotum suorum reuertatur ad Ecclesiam. Certe si vnus eorum decedat nullis relictis filijs, emphyteusis nõ accrescet fratri superstite, sed reuertetur ad Ecclesiam. Ita videtur tenere Bart. in d. l. si mihi, & Titio. opin. dicit esse communem Alex. consil. 167. nu. 4. lib. 7. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi infra hoc cod. lib. §. feudum; q. 77.

bet in solidum debentur, & effectualiter requiruntur, l. 2. §. ex his, & l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. Gouean. d. Ius accrescendi. Hic aduerte, quod vt ius accrescendi locum habeat, necesse est, quod in persona alterius deficiat omni iure, & vbi non deficit omni iure, tunc non habeat locum; commune vide per Socin. consilio 16. num. 10. colum. 4. Item cessat, vbi portio vacans fuit acquisita. Istam reg. nouem modis limitataam retulit Diaz. in regul. 403. Item habet locum altera parte deficiente, vel etiã repudiata. Istam regulam cum 12. limitationibus, vide per Socin. regul. 266. & hæc omnia vide etiam in collecta mea commun. opin. in verb. ius. numero 16. vbi numero 38. dixi etiam commune esse, quod ius accrescendi locum habeat etiam in legitima ex Cæphal. in consil. 249. nu. 48. Giach.

QVÆSTIO XL.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Filius an teneatur de emphyt. creditoribus paternis satis facere

Ex Additionibus.

- 1 An, & quatenus filius teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satis facere remissive.

ADDITIONES.

Nunquid filius, & c. An, & quatenus filius teneatur de emphy-

QVÆST. XL.

vero, nunquid filius teneatur de emphyte-

si creditoribus paternis satis facere? dixi in d. §. feudum, quæst. 43.

teusi, vel feudo, creditoribus paternis satisfacere, vberius explicabitur in §. feudum, q. 43. Harprec.

QVÆSTIO XLI.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Augmentum contingens emphyteutica an sit domini, vel emphyteuta.
2 Et an propter augmentum augenda sit pensio.

Ex Additionibus.

- 1 Omne indistincte augmentum ad emphyteutam pertinet.
2 Vt & omne damnum, nisi funditus rem ipsam abumat.
3 An, & quatenus vasallum omne incrementum respiciat.
4 Natura vocis vniuersalis, omne.
5 Argumentum de feudo ad emphyteusim procedit.
6 Mens, & sententia l. item si fundi, §. 4. ff. de usufruct.
7 Nunquid thesaurus, in fundo emphyteutico inuentus, ad emphyteutam, an vero ad proprietatis dominum spectet.

ADDITIONES.

Ad quem pertineat augmentum, & c. Augmentum siue incrementum fundi emphyteutici, quod ei obuenit, ad emphyteutam iure emphyteutico pertinere, constat est l. item si fundi, §. huic, vicinus, §. ff. de usufruct. Nec hic cum Claro nostro, & glo. in l. i. super verb. emphyteuticarius, C. de iur. emphyt. distinguendum est inter incrementum latens, vt si per alluionem quid accepit, & inter incrementum patens, siue apparens, vt si insula in flumine iuxta fundum emphyteuticū enata fuerit. Omne quippe incrementum, siue apparet, siue latet, ad emphyteuticarium spectat. Quemadmodum enim si omne damnum, siue patens, siue latens, in re emphyteutica contingens, emphyteutam respicit, nisi funditus rem ipsam abumat, l. i. Codicē de iur. emphyteutic. ita æquitati, & rationi congruit, vt omne commodum, & augmentum, siue patens, siue apparens, eundem sequatur, argum. l. secundum naturam, §. ff. de regul. iur. Deinde eadem sententia confirmari poterit per textum in tit. quarto, §. si quis de manso, §. libro primo feudor. ibi cum Feudista dicitur, omne incrementum iure feudi ad vasallum pertinere, si dominus in ipsa curte, seu villa nihil sibi referuauit, eo ipso aperte distinctionem incrementi letentis, & euidentis rejicit: quia si hæc est natura huius vocis vniuersalis, vt omnes casus includat, & comprehendat, argument. l. i. §. 1. ff. de legat. præstand. l. si seruitus, 23. ibi, verbo generali omne lumen significari, ff. de seruit. verb. prædior. l. a procuratore, 13. Cod. mandati. can. 1. §. dicendo vero omnia distinct. 19. Atque ita exaudiunt textum illum Zasius in epit. feud. part. 6. numero quadrag. simooctauo. Fridericus Schenck. à Taubenber. numero quinto, & Cuiacius in dict. §. si quis de manso. Franciscus Sonebeccius part. 10. de feudis, numero 6. aliq. Et quāquam allegatus textus de feudis, duntaxat, incremento loquitur: attamen quod de feudo illic dicitur, non infertur ad emphyteusim transferri: cum argumentum de feudo ad emphyteusim valeat, extra omnem sit controuersiam, & latius declarabitur infra ad quæst. 50. Atque hanc assertionem Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

cei communiter receptam, approbant Bartol. in d. l. i. numero 10. Alberic. de Rosat. num. 5. & 9. Salicet. col. penult. & Iason numer. 79. C. de iur. emphyt. itemque Tibe. Decianus respon. 123. num. 53. & seqq. vol. 3. Nec si aduectur d. l. item si fundi, §. huic vicinus, §. ff. de usufruct. vbi dilucide traditur, alluionis usufructum pertinere ad usufructuarium: insula autem in flumine nata usufructum ad fructuarium non spectare. Nam illud ad simplicem usufructuarium, cuius ius morte extinguitur; non ad emphyteuticarium (qui firmius, morteque non finiturum ius vtendi fruendique obtinet, & alias etiam ab usufructuario multum distat) pertinet, vt bene hæc explicant Ioan. Borcolt. in Commentar. de feud. cap. 3. nu. 13. ad fi. & Aluar. Valascus in tract. de iur. emphyt. quæst. 16. num. 3. & seqq. De si thesauro hic non inconuenienter queri poterit: an ille, in fundo emphyteutico inuentus, ad emphyteutam, an vero ad dominum proprietatis pertineat? Et illum ad proprietatis dominum pertinere, non sine rationibus statuitur: dummodo intentori, siue is emphyteuta, siue quis alius sit, pars dimidia relinquatur. I. Quia si thesaurus in loco alieno non data opera repertus, ex semisse domini soli est, ex altero semisse inuentori cedit, §. thesauros, 39. versicul. at si quis in alieno. Institut. de rer. diuis. leg. si is, qui 36. in princip. ff. de acquir. rer. domin. leg. vnic. versic. vltim. C. de thesaur. Atqui prædij emphyteutici dominus non est emphyteuta: sed ille, a quo prædium in emphyteusim ipse habet, l. i. §. vltim. ff. si ager vectigalis, & c. Non ergo ad emphyteutam, sed ad proprietarium pars dimidia thesauro, in solo emphyteutico a tertio quodā inuenti, spectat. II. Quia si thesaurus, quem usufructuaris, vel tertius aliquis in fundo fructuario inuenit, in fructu non computatur: ac proinde pro parte dimidia lucro domini cedit, ad quæ proprietatis fundi fructuaris pertinet, l. fructus, 7. §. si fundum, 12. vers. non magis, ff. solut. matr. Cum igitur emphyteuta in prædij emphyteutico usum fructum saltem habeat, dict. l. i. §. vltim. ibi, fundum fruendam conduxerunt, ff. si ager vectigalis, & c. certe thesaurus, quem uel ipse, uel alius aliquis



aliquis in eiusmodi pradio inuenit, ex semisse domino, ad quem fundi pertinet proprietates, acquiruntur. III. Quia Paulus IC. respondit ante omnia animaduertendum esse, ne conuentio in vna re facta, noceat in re alia, l. si vnus 27. §. pacta, quae turpem, 4. ver. ante omnia, ff. de pactis. Quare cum inter douum, & emphyteutam conuentio facta sit in pradio usufructu: sane istae conuentio domino concedenti, in thesauro inuenito nocere non debet. IV. Quia actus agentium ultra eorum intentionem, nihil operatur, l. non omnis, 19. in princip. & ibi Bart. ff. de reb. credit. & l. obligatio, 3. §. i. ff. de obligat. & actionib. Sed inter emphyteutam, & domini concedentem fundum suum in emphyteusim id agitur, vt is, qui fundum in emphyteusim accipit, eo duntaxat utatur, fruatur, dict. leg. 1. §. vltim. ibi, fundum fruendum conduxerunt, ff. si ager vectigalis, &c. Ergo ultra usum fructum emphyteuta in pradio emphyteutico nihil habet. Ideoque thesaurus, quem in pradio usufructu inuenit ex semisse domini est; ex altero semisse eum sibi vindicat emphyteuta, non quidem propter emphyteusim, sed ob solam inuentionem: quippe cum pars dimidia etiam extranei inuentoris lucro cederet. V. Hanc sententiam, post alios, defendunt Auarus Valasc. dict. tract. de iure emphyteut. quae. 15. numer. 1. versicul. sunt tamen aliqui. Gilkenius in praedictis tit. Instit. de rer. diuis. numer. 57. & in dict. §. thesauros, 39. numer. 29. Instit. eod. Garfias in tract. de expens. cap. 22. numer. 52. Domino Collega Bocer. class. 2. disput. 14. the. 51. & class. 5. disput. 3. the. 48. edit. 2. & in tractat. de regalib. capit. tertio, numero 181. Ayren. in process. historico iur. part. 1. capit. 10. obseru. 6. numero 9. cum seqq. & Henon. disput. 4. controuer. 17. Tamestul vulgo Interpretes aliter sentiant, Accurs. Angel. Arcin. Faber. Iaf. Porcius, Thomas Lianus, Schneidevvin. Mynsinger, Bebio, & ceteri in dict. §. thesauros, 39. Instit. de rer. diuis. Bartol. & Bald. ad l. vnic. C. de thesauro, 39. Instit. de rer. diuis. primog. libro 1. capit. 23. numer. 7. Henricus a Rosenthal. in tracta. feudal. capit. 5. conclusio. 93. Corasius ad l. 1. numer. 17. Cod. de iur. emphyteut. & alij, ab ijs relati.

12. Nostra autem conclusioni non reputat textus in l. possessores, 12. in fine. C. de fund. pat. imonialib. vbi emphyteutae simpliciter domini dicuntur, non quod reueradomini sint effecti, sed quod pro dominis habeantur, vt ibidem sentit Cuiacius. Tum quia illic emphyteutae improprie domini vocantur, tradente Ioanne Borcholten. in Commentar. de feud. capitulo primo numero decimo quinto. Tum quia textus ille accipiendus est non de omni emphyteuta, sed de eo, qui fundum patrimoniale, id est, fiscale, primo quidem in emphyteusim accepit, postea autem iure priuato, seu proprio eum sibi comparauit, saluo tamen ipsi fisco annuo canone. Quod vero fundi patrimoniales, ex iussu Principis, fieri alicuius possint, canone saluo, arguit etiam l. cum seruus, 39. §. vltim. ff. de legat. 1. l. qui fundos, 9. C. de omni agro deserto, l. vniuersi, 9. & l. fundos, 10. C. de fundis patrimonialib. Reliqua, quae huc conclusioni videntur contrariari, dilui in dict. §. thesauros, 39. numer. vigesimo secundo cum sequentibus. Instit. de rer. diuis. in §. adeo autem, 3. numer. 258. & seq. Instit. de locat. & conduct.

13. Addendum hoc loco, & illud est, tanquam notatu dignum: quod si in pradio emphyteutico sit viuarium, in quo ferax capi solent; emphyteuta in eodem venari possit: dummodo ferarum numerus, qui fuit eo tempore, quod emphyteutis fuit concessa, per singula genera conseruetur. Quod in usufructuario diserte respondit Tryphoninus in l. usufructuarium, 62. §. i. ff. de usufruct. & in eo, qui emit cum pacto redimendi, probauit Cagnolus in l. 2. Cod. de pact. inter empt. & vendit. quae. vltim. hincque referens Tiraquellus. in tract. de retract. conuent. §. tertio, gloss. 1. numero vigesimo tertio in fine.

14. Si item in fundo emphyteutico sit lacus, stagnum, vel piscina, in quibus pisces, vt ibi multiplicentur, & crescant, habeantur: redditus piscationum ad emphyteutam pertinere, non dubium est, argum. litem si fundi, 9. §. aucupiorum, 5. vers. ergo, & piscationum, ff. de usufruct. & l. quid tamen, 10. §. sed & si stagni, 3. ff. quibus mod. usufruct. uel usus amittitur.

15. Eiusque ratio est perspicua: quia piscines, qui in stagno sunt,

vr ibidem multiplicentur, & crescant, ad instar fructuum pendentium pars fundi dicuntur: idoque usufructuarius, emphyteuta, vasallus, & similes, piscando ijs frui possunt: ita tamen vt piscium numerus subinde per substitutionem conseruetur. Tamestul pisces, custodia duntaxat causa in stagno vel piscina repositi, pars fundi esse non dicuntur, sed quid ab ipso fundo, fructibusque fundi separatim, ac diuersim, l. limes, & labra, 15. in fine, ff. de actionib. empt. ibique Bartol. Gorho. 16. fructus. Si quidem per surrogationem corporum, fructus stagni perpetui efficiuntur, l. cum debere, 33. ff. de seruic. i. b. praed. vrbano. Et licet spacio temporis singula corpora mutentur; mediante tamen surrogatione, semper eadem res dicitur, l. proponatur, 76. ff. de iudic. l. sicut, 7. §. in decurionibus ff. quod cuiuscunque vniuersi. nomine, &c. dict. l. quid tamen, 10. §. in nauis, 7. ff. quibus mod. usufruct. uel usufruct. l. seruic. 20. §. si sublatum, 2. ff. de seruic. i. b. praed. vrbano. l. si grege, 22. & l. si ita legatum, 65. §. vltim. ff. de legat. 1. eaque de re videantur Guido Papae decif. 91. numero quarto Chaffan. ad consuetud. Burgund. tit. 4. §. 2. gloss. pen. colum. fin. Capoll. de seruic. praed. rusticor. capit. 42. num. 6. Hartman. Pistoris lib. 1. quae. iur. q. 24. num. 65. & seq. Schrader. in tract. feud. part. 3. cap. 4. num. 7. & 2. part. nonae part. princip. sect. 4. num. 10. & Dn. Bocer. d. class. 2. disp. 14. th. 53. & d. tract. de regalibus, capit. 3. numer. 150.

17. Similiter si inter alia bona emphyteutica sit sylua caedua, id est, quae sicca rursus ex stirpibus, vel radicibus nascitur, l. sylua caedua, 30. in princ. ff. de verb. significat. emphyteuta: ex ea arbores, & ligna excidere licet: si modo frugiferis, & grandibus arboribus parcat, cedendoque consuetum usum non excedat, l. ex sylua, 10. & l. seq. l. si cuius, 13. §. fructuarius, ibi, & non debet neque arbores frugiferas excidere, &c. & l. si absente, 48. ff. de usufruct. l. fructus, 7. §. si fundum, 12. ff. solut. matrim. 18. mon. Vtrum tunc uero emphyteuta eiusmodi syluam caedere queat, quae non breui, sed longo temporis intervallo succisa renascitur, non omnium eadem sententia est. Id euidem negare uideat Arius Pines ad l. 1. part. 2. C. de bon. matern. num. 59. circa finem, post Paulum a monte Pico, Arnulphum Ruzem, & Sigismundum Lotredum, ab eo relatos, vt hanc rationem: quod pululare tunc renasci dici non debet, quod annorum multitudinem exigit, argumentum antepenultim. ff. famul. ercisc. Verum contrarium magis probatur Ioanni Garfias in tractat. de expens. & meliorat. capit. 11. numero trigesimo quinto, Alexandro consilio 118. numero 3. & 7. libro quinto, Parisilio consilio 111. numero trigesimo secundo, libro primo, Curtio Seniore cons. 70. numer. 8. & Domino Collega Bocer. class. 2. disp. 14. th. 54. ad litte. C. edit. 2. Tum quia d. l. sylua, 30. ff. de verb. significat. sylua m. caedua esse definit. quae succisa renascitur, nulla distinctione facta, breui, an longo temporis intervallo renascatur. Emphyteutam autem generaliter ex quauis sylua caedua arbores succidere posse, efflorescit ex d. l. §. si vni, 13. ff. solut. matrim. expresse dicitur lapidem quoque in fructu fundi esse, si casus renascatur, quales in Gaillia, & Asia lapides esse feruntur. Atqui si tales intuentur lapides qui casu renascuntur, proculdubio tardissime succrescunt. Quare cum lapides, quantumuis longo temporis intervallo renascuntur, in fructu sint: idem sane de arboribus casis, quamuis longissimo tempore renascentibus, statuendum est. Ex quo clare satis euincitur; emphyteutam, ad quem fructus rei emphyteuticae omnes spectant, eiusmodi arbores succidere posse.

22. Neque refragatur dict. l. antepenultim. ff. famul. erciscund. quia Vlpianus in ea de difficultate maxima, quae impossibilitati comparatur, diserte loquitur, argum. leg. nepos Procul. 103. ff. de verb. significat. At nostra in specie non est tanta renascenti difficultas in arboribus, vt propterea ita impossibilis iudicari debeat. Adde, quod terminus ille, ad renascentium constitutus, plane naturalis est: ac propterea ob hoc temporis intervallo ab ipsa natura praefinitum dicendum non est, renascenti facultatem in arboribus difficilem, ne dum ferre impossibilem esse. Recte ergo concluditur, syluam caedua ab emphyteuta succidi posse, etiam si longo temporis intervallo arbores succisae renascantur. Harprec.

Dissim.

b Distingendum. Tu b dum inter incrementum latens, vel incrementum apparenti, vt in simili dixi de incremento eueniente in re feudali, in d. §. feudum, q. 88. vers. Item quero.

2 Sed nunquid propter augmentum contingens in re emphyteutica, augebitur etiam pensio, seu canon soluedus ab emphyteuta? Resp. quod non, sed omne augmentum, quo d. pertinet ad emphyteutam, cedat illi sine onere pensionis. Ita communiter tenetur, vt dicit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in §. nunc aliqua, supra saepius allegato, ad 136. quae. 8.

quinto facit, de constit. & dixi etiam in collect. mea, commun. opin. in verb. augmentum, numero 4. Giab.

QVAESTIO XLII.

SVMARIA Ex Claro.

- 1 Emphyteusis finitur finita generatione emphyteutae.
 - 2 Et quid si concessa sit simpliciter, nulla facta mentione filiorum, neque haeredum.
- Ex Additionibus.
- 1 An emphyteusis ob dolum, vel culpam amittatur, remissive.

- 2 An emphyteuta ob culpam leuissimam suo iure cadat.
- 3 Sententia Nouell. 120. cap. 8. & auct. qui rem, Cod. de SS. Eccles.
- 4 Omnis dispositio, secundum subiectam materiam, & naturam illius rei, de qua agitur, accipienda.
- 5 Concessam ad tempus, post illud tempus censetur prohibita.
- 6 Generatione finita, etiam finitur emphyteusis ad uiam data.
- 7 Emphyteusis simpliciter concessa, ad omnem generationem, omnesque haeredes transfit.
- 8 Pater inter liberos aequalitatem seruare praesumitur.

ADDITIONES.

Propter culpam emphyteutae. Quod tunc emphyteuta ob dolum, vel culpam latam, & leuem in re emphyteutica admissam, emphyteusis priuetur, ostensum est supra ad quae. 26. numero 1. & 2. Sed vtrum

emphyteuta, ob culpam etiam leuissimam, priuationis penam subire debeat, dubitari potest? Nos (nihil obstante contraria opinione Cagnoli, & Decij in auct. qui rem, Cod. de SS. Eccles.) illud negantibus haud sine causa suffragamur: quoniam emphyteuta ex natura contractus emphyteutici, propter latam, & leuem duntaxat, non autem leuissimam culpam tenetur, l. si, vt certo, 5. §. nunc dicendum, ff. commodat. l. contractus, 23. ff. de re iur. iure, ibique Anton. Deltio, capit. vndecimo, Bald. in d. auct. qui rem numer. 2. C. de SS. Eccles. & Iason in l. 2. num. 98. C. de iur. emphyteut. Neque tunc obstat, quod textus in Nouell. 120. cap. 8. & d. auct. qui rem, C. de SS. Eccles. generaliter, & indistincte statuunt, emphyteutam deteriorantem rem emphyteuticam ius suum amittere: adeoque omnem culpam, etiam leuissimam, pene priuationis obnoxiam esse. l. de pretio, 8. ff. de Public. in rem act. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. praestand. Nam notissima iuris regula est, omnem dispositionem accipiendam esse secundum subiectam materiam, & naturam illius rei, de qua agitur, argum. l. ex conducto, 15. §. si vno, 4. vers. sed & si verbo, ff. locati l. sed si possessor, 11. §. item si iurauero, ff. de iureiur. l. damni infecti, 43. in princ. vers. & quod in stipulatione. ibique Angel. ff. de damn. infect. l. fin. C. de non num. pec. Nicol. Euerhard. in locis legalib. locat. subiecta materia, num. 1. Quare cum in dict. auct. qui rem, C. de SS. Eccles. & d. Nouell. 120. cap. 8. de emphyteuta, ob deteriorationem iure suo priuando, agatur: is autem de lata (altem, leuique culpa, non vero de leuissima teneatur, dict. l. si, vt certo, 5. §. nunc videndum, ff. commodat. dict. l. contractus, 23. ff. de regul. iur. subiecta materia suadet, decisionem dictae Nouell. 120. cap. 8. & d. auct. qui rem. in de desumptae delata; leuique, non autem leuissima culpa intelligendam esse.

QVAEST. XLII.



Varo, quado finitur emphyteusis? Resp. emphyteusis finitur tribus modis finitur Primo, propter culpam emphyteutae, quia male versatus est in re emphyteutica, vel irrequisito domino alinavit, vel cessauit per tempus a lege in canonis solutione praesumitur. Nam his omnibus casibus emphyteuta cadit a iure suo, & parte dominium consolidatur cum directo, & sic finitur emphyteusis, vt suis locis sup. declarauimus.

b Finitur emphyteusis cursu temporis. Indubitatum est, emphyteusim ad certum, & praefinitum tempus concessam, eo elapso, ad dominum concedentem reuerti. Si quidem concessum ad tempus, post illud tempus censetur prohibita argum. l. statim liberu, 11. §. 1. ff. de lega. 2. l. pater filium, 38. §. fundum, 3. ff. de legat. 1. l. 1. in fin. iuncta. l. vlti. ff. si ager vectigal. Et post Clarum hic nostrum, tradunt Valentii. Forster. lib. 3. de successio. cap. vi. gesimo, numero tertio, & quarto. Corbulus in tractat. de iure emphyteut. capit. vndecimo. alijque ab eo recentius. Idem est, et si uouinatim conuenerit, vt ad certum tempus vectigali, siue canone non soluto, emphyteutic fundus ad dominam rediret: & lege commissa, dominus sua lege utatur, & fundum vindicet, l. ex vectigali, 31. ff. de pignorib. & hypoth. Quibus casibus hoc quoque eueniet, vt si emphyteuta prius fundum dederit pignori, tum etiam ius pignoris euane-

scat, d. l. ex vectigali, 31. ff. eod. Donell. lib. 9. Comment. de iur. citi. cap. 15. pag. 454. num. 40. Harprec.

c Exincta generatione ipsius emphyteutae. Quod tunc emphyteusis ad certam generationem data finitur exincta ipsa generatione, post Clarum nostrum, annotant Ioan. Borcholt. in Commentar. de feud. cap. 3. numer. 16. & Domino Collega Bocer. class. 2. disputat. 14. the. 74. lit. A. edit. 2. Quamuis tamen alias emphyteusis simpliciter, & pure concessa, ad omnem generationem, omnesque haeredes, non modo masculos, sed & feminas transeat, arg. Nouell. 7. cap. 3. in princip. ibi, masculis, aut feminis, &c. Quo facit illud vulgatum iuris theorema: quod tunc pater inter liberos aequalitatem seruare, & in dubio tam filiabus, quam filijs acquirere velle praesumatur, argum. l. quaesitum, 12. §. idem respondit, 43. vers. sed & ipse Papinianus, ff. de fun. instruct. & instrum. legat. l. illud, 20. §. ad haec, C. de collatiouibus. Borcholt. d. cap. 3. num. 14. Dn. Obrecht. disput. 36. th. 87. & seqq. Hucque referri poterunt, quae tradita sunt supra ad quae. 32. Harprec.

Extincta generatione. Mouetur pulcherrima dubitatio, quid si inuestitus vsque ad mortem ius suum emphyteuticum vendit, an emptore petente renouari vsque in tertiam generationem.

scat, d. l. ex vectigali, 31. ff. eod. Donell. lib. 9. Comment. de iur. citi. cap. 15. pag. 454. num. 40. Harprec.

c Exincta generatione ipsius emphyteutae. Quod tunc emphyteusis ad certam generationem data finitur exincta ipsa generatione, post Clarum nostrum, annotant Ioan. Borcholt. in Commentar. de feud. cap. 3. numer. 16. & Domino Collega Bocer. class. 2. disputat. 14. the. 74. lit. A. edit. 2. Quamuis tamen alias emphyteusis simpliciter, & pure concessa, ad omnem generationem, omnesque haeredes, non modo masculos, sed & feminas transeat, arg. Nouell. 7. cap. 3. in princip. ibi, masculis, aut feminis, &c. Quo facit illud vulgatum iuris theorema: quod tunc pater inter liberos aequalitatem seruare, & in dubio tam filiabus, quam filijs acquirere velle praesumatur, argum. l. quaesitum, 12. §. idem respondit, 43. vers. sed & ipse Papinianus, ff. de fun. instruct. & instrum. legat. l. illud, 20. §. ad haec, C. de collatiouibus. Borcholt. d. cap. 3. num. 14. Dn. Obrecht. disput. 36. th. 87. & seqq. Hucque referri poterunt, quae tradita sunt supra ad quae. 32. Harprec.

Extincta generatione. Mouetur pulcherrima dubitatio, quid si inuestitus vsque ad mortem ius suum emphyteuticum vendit, an emptore petente renouari vsque in tertiam generationem.

scat, d. l. ex vectigali, 31. ff. eod. Donell. lib. 9. Comment. de iur. citi. cap. 15. pag. 454. num. 40. Harprec.

c Exincta generatione ipsius emphyteutae. Quod tunc emphyteusis ad certam generationem data finitur exincta ipsa generatione, post Clarum nostrum, annotant Ioan. Borcholt. in Commentar. de feud. cap. 3. numer. 16. & Domino Collega Bocer. class. 2. disputat. 14. the. 74. lit. A. edit. 2. Quamuis tamen alias emphyteusis simpliciter, & pure concessa, ad omnem generationem, omnesque haeredes, non modo masculos, sed & feminas transeat, arg. Nouell. 7. cap. 3. in princip. ibi, masculis, aut feminis, &c. Quo facit illud vulgatum iuris theorema: quod tunc pater inter liberos aequalitatem seruare, & in dubio tam filiabus, quam filijs acquirere velle praesumatur, argum. l. quaesitum, 12. §. idem respondit, 43. vers. sed & ipse Papinianus, ff. de fun. instruct. & instrum. legat. l. illud, 20. §. ad haec, C. de collatiouibus. Borcholt. d. cap. 3. num. 14. Dn. Obrecht. disput. 36. th. 87. & seqq. Hucque referri poterunt, quae tradita sunt supra ad quae. 32. Harprec.

Extincta generatione. Mouetur pulcherrima dubitatio, quid si inuestitus vsque ad mortem ius suum emphyteuticum vendit, an emptore petente renouari vsque in tertiam generationem.